

et sic eius aduersitati opati sicut prie
et aliena lucra sua deputet ex affectu
pietatis. Tercius autem ascensus est di-
ligere inimicos ex affectu et ea dulce-
dime erga odientes et pseguentes se
affici. sicut erga singulariter dilectos
et non solum res tpales sed etiam corp⁹
per fratribus ponere paratu esse.

Ascensus et expugnacōnes contra
accidiam. **C**ap^l. lxi.

Sicut dilectio p̄imi expugnat et
destruit iniudiā. ita per ascensus
ad dilectionem dei supam⁹ accidiam et
tristiciam malam. Amor enim dei seruēt
facit operari Nam opera magna si ē
Si vero operari tenuit amor non est.
Similiter actus caritatis est gaudium
in spiritu sancto contra tristiciam.
Primus autem gradus dilectionis dei est
sic diligere concessa et sic eis uti ut tu
illata debuissent. Et in hoc gradu posse

tus opatis tantum saluti necessaria de
uitans ne tantum deiciat te accidia ut
omittas necessario agēda vel sub pre
cepto mandata Verum hic ascensus
bassus est et nō est bonū in eo diu ma
ñere. Vnde necesse est vt p cōtinuam
exercitacōnem in bonis opibus teipm
fr angas accidie tue resistēdo et bonis
operib⁹ et deuotis exercicis affectum
inflāmando. vt tandem delectacōnem
acquiras et affectum in sanctis exerce
cīs et bonis operibus. vt iam nō solū
agas saluti necessaria s plemori affar
et feruentiori accensus incipias p pte
deuicta accidia agerē oia que dei sunt
et ad illa agēda esse studiosus et ecīa
ad cōsilia adimplenda. Et hic ascēdis
ad scđm gradum dilectionis dei et cō
tra mentis accidiam. Quādiū autē in
pugnaris ab accidia et nondū hic pue
neris scias hoc summū esse contra acc

diam remedium ut nunque cedas sed
semp viriliter resistas . " Ut autem na-
turaz huius bestie agnoscas aduerte
quod motus et agmitio huius vici princi-
palit trahit ad duo . videlicet loci mu-
tacōnem et exercitiorū variaconem .

" Mutacōnem loci hoc modo p̄curat
Ipsa em̄ mentem tuā primo tedio ag-
grauat et deprimit et omnē delectatio-
nem in spiritualibus tollit . Anima autē
sine delectacōne esse nō potest Incipit
igitur statim ad recreacōnem carna-
lem aspirare et locū illū in quo nullā
habet delectacōnem velle deserere .
Itaque statim tibi causat loci horrorem
celle fastidium . ad om̄e bonū maxime
spūale fastidiū Nam interdū libenter
corporalia arripit ut min⁹ spūalibus
occupetur . Demque tandem mapit loca
remotiora extollere et illic cōmoran-
tes fratres beatificare , ad presentea-

vero fratres quantā aspernaōem
tamq; ad min⁹ spirituales concipere.
Itaq; cum anima tedio affecta nullā
cōsolacōem inuenit statim locū dese-
rit aut in somnolentiā madit vel disso-
lucōem solacium q̄rens ad tempus.

II Qutacōem exercitioꝝ ita licet oc-
culte sub pallio inducit **C**um em̄ anima
grauatur huiusmodi exercitioꝝ. cōfin-
git quedam alia leuiora amplius illa
extollens et reputans magis merito-
ria. vtputa visitare infirmos vel cer-
te monasterium cōstruere in quo ma-
lus et accidiosus discipulus peior ma-
gister et rector efficiatur. **I**taq; vo-
lens accidiā legitime deuincere. ante
omnia locum tuum ne deseras. **N**am
quanto locum plus mutaueris tanto
magis erit mens tua in exterioribus
vaga. in spiritualib⁹ accidiosa **Vnde**

Seruidus. **I**mpossibile est animū fide
liter alicui vñ affigere qui non prius
alicui loco pseuerāter affixerit corp⁹
suū. **C**umq; egreditur animi de loco
ad locū fugere ntitur sic est sicut qui
vmboram corporis sui fugit. **Q**uanta
etiam mala ex hoc remant q̄ quis sua ex
ercitia leuiter mutet dictum est supra
"Filie accidie sunt sex scđm Grego.
scz malicia id ē voluntas machinandi
mala. desperatio. pusillanitas. rācor
id ē odium inueteratū. torpor circa p̄
cepta dei. euagatio mētis circa illicita
Compunctio si accidiosus eā acquirē
posset valde valeret contra hunc mor
bum Climacus. **Q**ui luget seipm nō
nouit accidiā Idez Liget iste tirānus
memoria offensionū et delictorū et pei
tiatur opere manuū et trahā īfēta
et attenta meditacōne futuroz bono
rum. **I**tē contra tedium cordis multū

valet varietas actionis ut nūc homo
orēt nunc legat donec affectū aliquē
concipiat. et cogat se in hijs operib⁹
quibus maxime attediat **V**er si homo
strēnius et seuerus et benign⁹ fuerit
in suis deuotis exercicis et sanctis op̄i
bus. et diuitius se pseuerant in talib⁹
exercitauerit iam tandem incipit spe
rate. et affectū caritatis incipit dila
tare et quodāmodo estuare ad deum
ut quasi sine ipso vivere non possit cō
artatus desiderio dissoluēdi et esse cū
christo. **E**t hic est tertius gradus cari
tatis dei q̄ accidia superat. **T**ristitia
aut mala est duplex. Dicitur em̄ qñqz
tristitia gñaliter p̄t est circa omnē
passionem et tūc valde difficulter cō
prehendit̄ eius origo. **A**lio modo est
quidam torpor et grauitas tediosa in
spūalibus. et tunc potest cōprehendi
sub accidia. et cōtra eam ascenditur

per gradus caritatis dei. Nam actus
caritatis est gaudium. // Remedium con-
tra tristitia; si est ex desperacione me-
moria benignitatis et misericordie dei
et intuitus beneficiorum eius. Itē q̄ hō
sit libēter in bona societate ubi deo
loquitur vel materia spirituali. Itē
illud Jacob. Trista ē aliquis in vobis
oret equo animo et psallat. De bona
tristitia satis patet ex dictis de cōpu-
ctione.

Ascensiones cōtra vanam gloriam
extinguendam. **Ca. lxij.**

QOntra vanam gloriam nulla vir-
tus est contraria. ideoq; p nullā
virtutē possum⁹ contra eam ascendere
vel gradus ad deuincendum ordinare
Ipsa em̄ magis ex virtutib⁹ generaē
ex bonis operibus roboratur. Ipsa em̄
p̄mo pulsat in carnalibus. in vestib⁹
in parentibus. in dignitatibus &c.